

hic sermo durus sed multo durius erit sedentibus ad sinistram illud extremum verbum : Discedite a me maledicti in ignem aeternum.

Eia, frater, inspicere sanctorum patrum exempla, quomodo in hac vita sua Domino servierunt in fame et siti, in frigore et nuditate, in laboribus multis, in erumnis variis, in vigiliis et orationibus, in jejuniis et meditationibus, in persecutionibus et opprobriis ut securi pervenirent ad palmam victoriae. O quanta passi sunt apostoli Domini, martyres, confessores, virgines et reliqui omnes sancti qui Christum voluerunt sequi. Vero animas suas in hoc mundo oderunt et carnem suam per abstinentiam macerarunt ut in aeternum ista possiderent. O quam asperam vitam SS. patres in eremo duxerunt, quam rigidas abstinentiae macerationes pertulerunt.

sequere Jesum. Sed multo durius erit, audire illud extremum verbum : Discedite a me maledicti in ignem aeternum.

Imitatio, livre I, chap. XVIII.

De exemplis sanctorum patrum.

Intuere SS. Patrum vivida exempla, in quibus vera perfectio refulsit...

Sancti et amici Christi Domino servierunt in fame et siti, in frigore et nuditate, in labore et fatigatione, in vigiliis et jejuniis, in orationibus et meditationibus sanctis, in persecutionibus et opprobriis multis.

O quam multas et graves tribulationes passi sunt Apostoli, Martyres, Confessores, Virgines et reliqui omnes, qui Christi vestigia voluerunt sequi. Nam animas suas in hoc mundo oderunt, ut in aeternam vitam eas possiderent...

O quam strictam et abdicatam vitam sancti patres in eremo duxerunt, quam longas et graves tentationes pertulerunt, quam frequenter ab inimico vexati sunt !...

Le révérendissime Père Madelaine ajoute :

"Le style lui-même de l'homélie est visiblement apparenté à celui de l'Imitation.

D'où l'on peut, ce semble, légitimeement conclure que l'auteur de l'*Exhortatio* n'est pas du XII^e siècle, mais du XVII^e siècle ou tout au plus du XVI^e. *Salvo meliori iudicio.*"

Tongerloo.

A. ERENS

* * *

KAMERIJK EN PREMONSTREIT IN 1132

Op bl. 111 v°, 2^e kol., van het Cartularium van Premonstreit, bewaard in de Stadsbibliotheek van Soissons en gemerkt n^o 9, staat een oorkonde afgeschreven welke aanstonds de aandacht trekt.

Immers, zij is in haar geheel overstreept met een groot S. Andrieskruis in rooden inkt ; daarbij zijn eenige deelen zorgvuldig met het raspmes weggenomen.

Waarom de inhoud dezer oorkonde aan sommigen zoo ongelegen scheen, dat ze hare wezenlijke beteekenis hebben willen verduiken, is een raadsel dat we vooralsnog niet weten op te lossen. De maat-

regel van den bisschop van Kamerijk is toch slechts de grootendeels woordelijke herhaling en toepassing van 't geen korten tijd te voren, door Paus Innocentius II werd uitgevorderd tijdens zijn verblijf in Laon, en wel op aanvraag van abt Hugo en door tusschenkomst van St. Norbertus zelf, in de bul van 't jaar 1131 (1) : "Decernimus ut si quis abbatum ecclesiarum vestrarum ab Ordinis sui proposito et consuetudine Praemonstratensis monasterii deviaverit, pater abbas super correctione sua eum bis tertiove commoneat. Quod si incorrigibilis apparuerit, diocesanus episcopus sub praesentia et testificatione patris abbatis et duorum ejusdem Ordinis abbatum, sine omni dilatione (tanquam) Ordinis sui transgressorem deponet : Depositum autem Episcopus ad ecclesiam unde venit remittet et alium idoneum canonica fratrum electione e vestigio subrogabit".

Op den belangrijken inhoud willen we thans niet ingaan. We geven enkel den tekst volgens het afschrift van 't Cartularium. Of het oorspronkelijke nog bestaat, weten we niet ; maar 't is alles behalve waarschijnlijk.

De in italiaek gedrukte deelen zijn deze welke geschrapt werden en slechts met behulp van een opwekkend vocht konden gelezen worden.

Men merke ook op dat de onderschrijvingen van getuigen door den kopist door een al te bondig *etc.* werden weergegeven.

KAMERIJK, 1132

In nomine sancte et individue Trinitatis, *Lietardus, Dei gratia Cameracensis episcopus*, tam futuris quam presentibus in perpetuum. Quum ex officii nostri sollicitudine commonemur ut que plantanda sunt plantemus, que eradicanda eradiemus, communicato capituli nostri Consilio, Premonstrate ecclesie ad eradicandas infructuose plantacionis arbores concessimus ut, si in episcopatu nostro quilibet sui Ordinis abbas peccaverit, et a tenore propositi Ordinis deviare voluerit, videlicet si fuerit criminosus, contemptor Ordinis vel destructor regule, bonorum temporalium dissipator vel negligens aut remissus in cura sibi commissa, abbas Premonstate ecclesie per se aut per suum (a) priorem semel, bis et tercio submoneat ; quod si incorrigibilis fuerit, episcopo et toti capitulo Cameracensis ecclesie suggerat. Et si forte eorum incuria ejus excessus incorrectus remanserit, tunc abbas, assumptis duobus

(1) J. Le Paige, *Bibliotheca Praemonstratensis Ordinis*, p. 419-420. Parijs, 1630.

(a) Dit woord ontbreekt bij Le Paige doch blijkt door den zin gevegd.

coabbatibus suis episcopum convenient, factoque clamore super reo sine dilatione infra quadraginta dies, prout dictaverint, rei judicium terminetur absque invitatione majoris audiencie. Et si depositus fuerit, ad illud de quo prodiit monasterium remittatur. Quod si noluerit ab ipso episcopo et ab ipsis abbatibus, cum his qui cum eo consenserint, excommunicetur, et alius ydoneus, consilio eorumdem abbatum a fratribus ejusdem loci eligatur. Ad arcendas igitur quorumlibet importunitates, data conservatoribus pace, in prevaricatores — quoad resipuerint — excommunicationis sententiam properimus, atque canonica subsignacione nostra quoque sub ymaginacione hujus nostri decreti paginam confirmamus. S. mei ipsius Lietardi episcopi etc. Actum est hoc Cameraci, anno Incarnacionis dominice MCXXX Secundo, indictione X, presulatus domni *Lietardi* primo.

Jul. EVERS, O. Praem.